

1972.

1314 d. 13 Juli.

Waldby.

PETER JONSSON bortbyter sin gård Eda i Wermland, med undantag af lösören och årsgrödan, till Riseberga kloster, mot gården Allatorp i Wärend, på sådant vilkor, att sedan gårdarnes värde af utsedda fullmäktiga blifvit bestämdt, skillnaden skall med penningar ersättas.

Örnhjelms afskr. Kyrko- o. Klosterbref. XI: 995 *).

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris, PETRUS JONSON Salutem in Domino, Tenore presencium constare volumus evidenter, me cum religiosa Domina et preclara Rangfride Abbatissa de Risebergh, commutacionem fecisse Prediorum, videlicet quod curiam meam Edhe in Wermalandia situatam, cum omnibus suis pertinenciis, prediis et domibus, mobilibus aliis Løsøre dictis, et semine huius Anni duntaxat exceptis, pro curia eiusdem domine R. Allathorph in Werendia situata, cum omnibus illius curie attinenciis, condicione sicut de curia mea premittitur observata, memorate Domine Rangfridi et claustro Risæbergh, assigno pleno jure perpetuo possidendam, et quia in propriis personis, nec ipsa nec ego ad prefatas curias tempore permutacionis venire nequimus, compromisimus in viros providos et discretos, ipsa ex parte sui et Conventus in Thordonem de Wichøø [ɔ: Widhøø] et Johanni [ɔ:-em] Birgerson, et ego in eundem Th. et Bosonem de aasæ similiter compromisi, dandos [ɔ: dantes] uterque nostrum istis predictis tribus plenariam potestatem considerandi, ponderandi et estimandi valorem curiarum predictarum, taliter quod si curie predicta similis sint valoris, equaliter dividantur, si altera in preventibus potior, ille [ɔ: illi] cuius curia inferior videtur, addere debeat in prompta pecunia, sicuti predicti tres duxerint judicandum, et pecunia solvi totaliter infra Annum, promitto eciam me ratum et gratum habiturum quicquid super ista addicione pecuniaria per dictos compromissarios actum fuerit et statutum. In cuius rei testimonium Sigilla Dominorum Thorchilli Andræson et Boecii Nielson, Johannis Thurisun una cum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum Waldby Anno Domini M. CCC. XIII. Tercio jdus Julij.

Fyra sigill finnas betecknade.

* Enligt Örnhjelms anteckning, "collat. med orig. permebr."